

cum diutius fame & tēpestate pressi herbas
radicesq; effoderent, eruerunt Topazion.
Hec Archelai sententia est. Iuba Topazion
insulam in rubro mari a continente stadijs
300. abesse tradit, nebulosam, & ideo quæsi
tam sæpe a nauigantibus, ex ea causa nomē
accepisse. Topazin enim Troglodytarum
lingua significationem habere quærendi.
Ex hac primum importatam Berenicæ res
ginæ, quæ fuit mater sequentis Ptolemæi a
Philemone præfecto regis, ac mire placuisse
& inde factam statuam Arsinoe Ptolemæi
Philadelphi uxori quattuor cubitorum sa
cratam in delubro quod aureum cogno
minabatur. Recentissimi auctores & cir
ca Thebaidis oppidū Alabastræ nasci di
cunt. Et duo eius genera faciunt, prasoidē
atq; chrysopteron similem chrysoprasio,
eius enim tota similitudo ad succum por
ri dirigitur. Est autem amplissima gemma
rum. Eadem sola nobilium limam sentit.
Cæterę saxo & cote poliuntur. Hec & us
su atteritur. Comitatur eam similitudis
ne propior, q̄ auctoritate callais uiride
pallens. Nascitur post auersa Indiæ a
pud incolas Caucaſi montis, phicaros,
ac asdathas, amplitudine conspicua, sed
fistulosa ac sordium plena. Sincærior multo

to